

qui ppetuo morbo laborat, furiosum ppetuo morbo laborantem testari prohiberi multis relatis, comprobatur Spinus de Testamen. gloss. 10. Rubricæ per totam vbi etiam late agit vtrum matrimonium contrahere possit.

* Ad numerum 13. ibi.) Item prohibetur monachus, &c. An autem testamentum à monacho factum professione confirmetur, vide per Matiençum in l. 17. gloss. 6. numero 1. lib. 5. Recopilat. & vtrum monachi qui non sint ordinis Diui Francisci possint facta professione testamenta ante religionis ingressum confecta reuocare, docet Couaruuias de Testament. capit. 2. numero 9. Angelus in l. 1. ff. de testament. Rubeus consil. 155. columna final. qui indistincte non posse testamenta reuocare tenent, Ias. vero in auth. si qua mulier numero 27. Decius in cap. in præsentia numero 68. de probationibus. & Verolius ibid. numero 537. Abb. in dict. cap. in præsentia num. 61. Francus in Rubrica de testament. in 6. numer. 11. distinguunt vtrum monachus testamentum reuocare voluerit ad instituendos filios seu monasterium vel omnes simul quo casu testamentum posse reuocare existimant moti ex authentica si qua mulier C. de sacrosanctis Ecclesiis, qua docemur posse monachum post professionem inter liberos testari, alias autem nullatenus testamentum ante professionem factum reuocare posse monachum affirmant, idque nouissime defendit Spinus in suo speculo Testamentorum, fol. 152. Velazquez de Auendaño in l. 17. Tauri in principio. Contrariam tamen sententiam, scilicet, monachum indistincte testamentum ante professionem factum post factam professionem posse reuocare defendunt Bartolus in dicta authent. si qua mulier. C. de sacrosanctis Ecclesiis numero 14. & ante eum, Bellapertica ibidem columna 2. verbo, sed pone ingressum monasterium posse mutare semel, bis, & tertio & sæpè testamentum per se ante ingressum factum quia ingressus monasterij non facit eum naturaliter mortuum, ideoque deambulatoria debet esse eius voluntas vsque ad mortem naturalem, idem Bartol. in l. sed si mors. ff. de donat. inter virum, idem in l. 1. de testament. & in tractatu mi-

noricarum libr. 4. cap. 3. in fin. Aretinus in l. 1. de testament. numero 5. Cinus in dicta authentica si qua mulier in fin. Salicetus ibidem numero 8. Baldus 9. Rosellus in repetitione dict. authentice si qua mulier. numer. final. ibi, nam potuisset etiam, post ingressum reuocari qui contrarium tenuit in l. 1. ff. de testament. numero 13. in verbo, si autem esset professus. id etiam tenet Decius in dict. cap. in præsentia, numero 68. in fin. distinguens quod aut instituit 1. extraneum, & postea vult reuocare vt instituat liberos vel Ecclesiam, & poterit: aut instit. 1. liberos & non poterit: idem tenet Parisius sine hac distinctione, ibidem num. 160. Boerius num. 537. Angelus de Clauf. in sua summa, verbo, religiosus, numero 60. Paulus de Castro in dicta authentica si qua mulier, numero 5. Fulgosius ibidem numero 33. & 26. & licet Abb. in dicto cap. in præsentia, numero 61. videatur affirmare contrarium, tamen id se dicere fatetur veritatis inuestigandæ gratia & sic non firmat pedem vt aduertit Tiberius Decianus qui hoc idem consuluit consilio 31. libro tertio, contra communem esse hanc opinionem asserens tam Canonistarum, quam Legistarum, ideoque & iudicando, & consulendo sequendam, quam opinionem de iure Regio videtur probare l. 17. infra in his legibus Tauri, vbi testamentum vsque ad mortem reuocari posse disponitur quem de naturali morte intelligendum esse testantur ibi scribentes hancque eandem sententiam tenet Simon de Prætis de coniecturis vltimarum voluntatum, fol. 157. solut. 8. num. 5. Socinus consil. 13. hanc eandem sententiam tenet Tellus Fernandez in dicta l. 17. Tauri. numero 6. Burgos de Paz in l. 3. 1. par. numer. 687. in legibus Tauri, Matiençus in l. 1. lib. 5. titul. 4. noua Recopilat. gloss. 3. num. 4. vbi communem dicit Rodericus Suarez allegatione 20. fol. 184. ad fin. A qua sententia iudicando & consulendo recedere non audeam propter tantorum virorum auctoritatem licet contraria in puncto iuris verior videatur.

* Ad numer. 14. ibi.) Item prodigus testari prohibetur cui bonis interdictum est, &c. Id etiam tenet Menchaca de success. creatione cum multis quos refert & se qui-